

S. Red.

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relletis.

G. f. 171.

A. J. O. H. D. E

111

PROGRAMMA.

Q V O.

SVB. AVSPICIO.

DIVINAE. GRATIAE.

IVSSV. ATQVE. AVCTORITATE.

MAGNIFICI. SENATVS. NORDHVSANI.

IPSOS. AMPLISS. IMP. LIB. REIP. PROCERES.

VENERAB. DNN. INSPECTORES. ET. RELIQVOS.

S. MINISTERII. SYMMYSTAS.

SPECT. DNN. COLLEGAS. ET. OMNES. CIVES. LITE.

RATOS. QVOTQVOT. MVSIS. MANSVETIORIBVS.

FAVENT.

AD ACTVM. INTRODVCTIONIS. SOLENNEM.

ET. ORATIONES. AVSPICALES.

HABENDAS.

RITE. INVITAT.

IOH. CHRISTIAN. WEBER. R. CONSTIT.

M D C C X X X I I

77

AK

N***OSCITE!

S C H O L A

ἀπὸ τῆς γελῆς

appellata

locus quidem in vulgus est notissimus,
quia a teneris frequentatur,
sed nomen altioris indaginis,
ut multis sit ignotum.

Qui κατ' ἀνθρακού impostitum judicant,
non videntur errare,

Q V I A N O T A T O T I V M .

Quid alias mirum,
si otiosi Minervae contemtiores
cavillantur

eiusdem strenuos sectatores,
quod totos dies desideant in otio
scamna prementes?

Heu!

otiosus merito odiosus,

quia otium

scelerum nutrix,

inopiae genitrix,

infamiae obstetrix;

otia enim dant vitia;

falsum autem proverbium,

melius esse nihil, quam male, agere,

quia homines nihil agendo male agere discunt.

Sed qui Rabbinorum verbo molam fugit,

fugit farinam

nec nucleo vescllicet nucem non frangenti;

hinc

otia damnantur, quae nulla negotia transtant,

et

contemnuntur, qui nec sibi nec aliis profunt,
in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura.

Quapropter

O T I V M

Euripidi est,

περπόνον κακόν,

At-

Attamen

SCHOLA vere est OTIVM,
sed diversum ab illo,
quia duplex,
alterum desidiosis fugiendum,
alterum studiois expertendum,
ingenium enim vitium capit, nisi exercetur,
sicut aqua, nisi movertur,
et accidit,
quod eruditus haesitanti apponebat horologio:
ipsa quies vitium.

Sed

(b) quod caret alterna requie, durabile non est;
quandoquidem
arcus nimium intensus rumpitur;
requies vero reparat vires fessaque membra levat.
et
major post otia virtus;
hinc Musae ferias agunt, otiantur,
sed ut ad otium scholae alacriores revertantur. (a)
habent aliquando animum quidem remissum,
nunquam tamen solutum.

SCHOLA

quale igitur est

OTIVM?

dicamus Scipionis,
qui nunquam minus fuit otiosus,
quam cum otiosus,
nec minus solus,
quam cum solus esset: (b)

X

quae

(a) Auson. Edyll. IV, v. 6. sq. hanc in rem breviter, sed
egregie etymologiam Scholæ descripsit:

• Grajo schola nomine dicta est,

Justa laboriferis tribuantur ut otia Musis,

(2) Cic. l. 3. Offic. c. 1. hanc otiani rationem prædicat de
P. Scipione Africano Priori. Quod exemplum etiam
I. Lipsius imitatus est eademque verba sua fecit l. 2.
c. 3. de Constant.

duae enim res,
quae ceteris langvorem afferunt,
Musarum alumnos acuant,
otium et solitudo. (c)

Haec
quia hominum turba turbat animos discentium
nec
quos mores ad eam extulerunt,
referunt,
quod fuit compositum, fit dissolutum;
quod fugatum, redit;
inhumaniores evadunt,
qui semper in hominum celebritate versantur. (d)

Quare
in scholis
subducendi populo sunt teneri animi
et parum tenaces recti,
ne flectantur ad curva:
abdant se in otii secessum,
unde otium est remotum;
Illud autem,
quia studia totum requirunt hominem

ut

(c) Solitudo & secessus sapientiae studiosis maxime sunt opportuni, ut ab hominum frequentia seclusis rite illi vacare & negotiorum varietate vacuos esse liceat, quam in sententiam Syrach c. xxxviii. v. 15. dicit: Litteratorum sapientia in otii opportunitate est & quo quisque minus habet negotii, eo facilius sit sapiens. Et veteres Romani sapientiae operam daturi maxime in deliciis habebant secessus, hinc Plin. l. 1. Ep. 7. n. 2. Solitudo ipsumque silentium illud, quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt; inde est etiam, quod de Hesiodo, viro perelegantis ingenii dicit & observat Vellej. Pat. L. 1. c. 7. eum otii & quietis cupidissimum tuisse. Eadem est Ovidii cantilena l. 1. Trist. Eleg. 1. v. 4. Carmina secessum scribentis & oria querunt, conf. Virgil. l. IV. Georg. v. 564.

(d) Talia de Laurentino suo, secessus loco amoenissimo, quem describit l. 2. Ep. 17. iactitat Plinius l. 1. Ep. 9. n. 5. Nihil audio, quod audisse, nihil dico, quod dixisse peniteat, nemo apud me quenquam carpit, neminem ipse reprehendo, nisi unum me. Hem! paganum multis Christianis meliorem,

ut ab omnibus aliis negotiis vacuus
uno occupetur attentius, (c)
hinc amet otium, sed oderit inertiam (f)
satius enim otiosum esse, quam nihil agere, (g)
cum schola non sit ἀπεργίας, (h)
sed in ea fiant homines, (i)
ut
quid inter illos et belluas intersit,
apparet.
In hoc itaque honesto otio
Musae
de assiduo cogitant negotio,
quam multa hic explicantur, dicuntur
dictantur, scribuntur,
cogitantur, inveniuntur,
tam assidue,
ut labore refici ac reparati diligentia
videantur,
quia animus
discendo alitur,
otiendo corripitur,

hinc

(e) Quod Festus in evolutione etymologiaz, unde schola
dicta sit, indicat; Scholæ, inquit, dictæ sunt ex Græco
χωρὶς, a vacacione, quod ceteris rebus omissis vacare
liberalibus studiis pueri debent.

(f) Plinius quidem l. i. Ep. vi. n. i. inertiam & quietem con-
jungit bono sensu, sed l. II. Ep. i. n. 12. inertiaz crimen à
quiete maxime distingvit, quod etiam facit Cic. l. 2. de
Orat. Opp. T. i. p. 213

(g) Sic Attilius olim eruditissime simul & facerissime dixit
apud Plin. l. i. Epist. ix. n. 8. quo respiciebat ad secessum
veterum Roman. Scholæ simillimum.

(h) Augustus Imp. Rom. cum Tiberium in Illyricum pro-
ficiensem proséqueretur Beneventum usque et in itine-
re secessui Capreorum quadrivium impenderet, vicinam
insulam ἀπεργίαν appellabat à desidia illuc secedenti.
um ex comitatu suo, vid, Sveton. in Aug. c. xcviij.

(i) In templo Delphico quondam, si peregrini aut ho-
spites accederent, in more tuisse ajunt, ut sacerdos
altum inclamaret; Hic sunt homines. Plut. de Isid.

Hinc schola est

Plin. I. i. Ep. xxii.

Otium vere studiosum,
si enim tamdiu discendum, quamdiu nescias,
prius vita discentes, quam discendi materia, deficit,
quantum est, quod scimus, quantum, quod nescimus?
ac proinde Solonis effato

et nullus eruditio per otium dies exeat.

O rectam beneque institutam viram!

O dulce otium honestumque
ac pene omni negotio pulchrius

Plin. I. i.
Ep. ix.

in schola!

Otium alias adducit in odium,

hoc conciliat favorem,

illo assidue usus

minus postmodum habebit negotii

in muneris demandati negotii,

ut tandem

otio locum faciat justissimo.(k)

Quamobrem,

Tu studiofa juventus

meae committenda fidei ac curae,

hoc virtutis frequenta Otium

et

omne vita vitiorum negotiorum.

amato Minervam

et

repudiato Murciam.

Hoc instituto,

quae nunquam explicbitur satietate,

maximam capies voluptatem,

et nullum a labore te reclinabit otium;

sed

(k) Romanorum docti multis officiorum & magistraturum functi laboribus senes se conferabant ad Otium, quod honestum, justum & turum vocabant atque in secessibus vivebant: ab anno enim LX, Leges Rom. dabant excusationem etatis & vacationem, qua dere egregia sunt loca Plin. I. III. Ep. I. n. 12. & I. IV. Epist. XXIII. n. 4. conf. Horat. lib. I. Satyr. I. v. 30. Iq.

sed in hoc Otio
cumulabis
egregios sapientiae thesauros,
quos alii multo non comparant labore,
quos
impiger extremos currēns mercator ad Indos
per mare, per saxa, per ignes
suo non facit lucri negotio.
Et licet alias otium
res disciplinae sit inimicissima,
ut mores non gradu,
sed praecipiti cursu desciscant
à virtute ad virtia,
à vigilantia prolabantur in somnum,
à lucubrationibus eant ad grassationes,
à studiis ad voluptates,
quibus pudori valedicitur
et honestati exilium indicitur;
SCHOLAE tamen OTIVM
hoc omne convertit negotium,
vitis claudit fores,
virtuti aperit portas.
et sunt voluptates
quibus optime

de cuiusque temperantia, sanctitate, gravitate
creditur.

Otio prodimur. Plin. Paneg. c.
VOS igitur LXXXII, n.8.

Mufarum

Patroni et Fautores,
obedienter et decenter
rogamini,
aliis negotiis indulgeatis otium,
ut ad hoc conuenire positis negotium,
quo
Magister Otii
est constituendus.
Imitatimi
laudatum Scipionem Africanum,

quo

quo nemo elegantius intervalla negotiorum
otio dispunxit,
cum elegans liberalium studiorum omnisque doctrinæ
et auctor et admirator esset, Vellej. Patrc.
lib. I.c. xiii. n.3.

adeste, adeste!

Honorandi Reip. Proceres,
Venerandi Sacrorum Antistites,
Amandi Juventutis Moderatores
et omnes

quibus mansuetiorum Musarum amor
curae cordique

est.

Adeste
felici auspicio
et
novo Rectoris munere
maetandum
frequenti ornate corona!

Requiritis tempus?

Tertia Romae in foro exercebat cauifidicos hora,

quac nobis est nona,
et craftina luce
post eandem
ex fori turba
in Scholæ otium

Martial.
L. iv. E.
pigri.
viii. v. 2.

se conferent

Magnifici Senatus Proceres,
hac si vacat,
nostro etiam vacate otio,
si non vacua,
vacuefacienda.

P. P. Nordhusæ xi. Kal. Oct.

A. R. S. c. 100CCXXII.

* *

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio



PROGRAMMA.

Q V O.

SVB. AVSPICIO.

DIVINAE. GRATIAE.

IVSSV. ATQVE. AVCTORATE.

MAGNIFICI. SENATVS. NORDHVSANI.

IMP. LIB. REIP. PROCERES.
 SPECTORES. ET. RELIQVOS.
 ERII. SYMMYSTAS.
 GAS. ET. OMNES. CIVES. LITE.
 T. MVSIS. MANSVETIORIBVS.
 FAVENT.
 TRODVCTIONIS. SOLENNEM.
 TIONES. AVSPICALES.
 HABENDAS.
 E. INVITAT.
 AN. WEBER. R. CONSTIT.

Farkarte #13

Blue Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

